



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118626

Caput I. Regulares omnes ad regulæ, quam professi sunt, præscriptum vitam instituant: id ut fiat, Superiores sedulo curent.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67192)

CAPUT I.

Sæcul XVI.
A.C. 1563.

Regulares omnes, ad regulæ, quam professi sunt, præscriptum vitam instituant: id ut fiat, Superiores sedulo curent.

„Quoniam non ignorat sancta Synodus, quantum ex monasteriis, pie institutis, & recte administratis, in Ecclesia Dei splendoris, atque utilitatis oriatur; necessarium esse censuit, quo facilius, ac maturius, ubi collapsa est, vetus, & regularis disciplina instauretur, & constantius, ubi conservata est, perseveret, præcipere, prout hoc Decreto præcipit, ut omnes Regulares tam viri, quam mulieres, ad regulæ, quam professi sunt, præscriptum vitam instituant, & componant, atque in primis, quæ ad suæ professionis perfectionem, ut obedientiæ, paupertatis, & castitatis, ac, si quæ alia sunt alicujus regulæ, & ordinis peculiariora vota, & præcepta, ad eorum respective essentiam, nec non ad communem vitam, victum, & vestitum conservanda pertinentia, fideliter observent, omnisque cura, & diligentia a Superioribus adhibeatur, tam in Capitulis generalibus, & provincialibus, quam in eorum visitationibus, quas suis temporibus facere non

Hist. Eccles. Tom. XLVII. G „præ-

Sæcul XVI. „prætermittant, ut ab illis non receda-
A.C. 1563. „tur; cum compertum sit ab eis non
 „posse ea, quæ ad substantiam regula-
 „ris vitæ pertinent, relaxari, si enim
 „illa, quæ bases sunt, & fundamenta
 „totius Regularis disciplinæ, exacte
 „non fuerint conservata, totum cor-
 „ruat ædificium necesse est.

§. LII.

CAPUT II.

*Proprietas regularibus omnino pro-
 hibetur.*

„Nemini igitur Regularium, tam vi-
 „rorum, quam mulierum, licet
 „bona immobilia, vel mobilia, cujus-
 „cunque qualitatis fuerint, etiam quo-
 „vis modo ab eis acquisita, tanquam
 „propria, aut etiam nomine conven-
 „tus, possidere, vel tenere, sed statim
 „ea Superiori tradantur, conventuique
 „incorporentur. Nec deinceps liceat
 „Superioribus bona stabilia alicui re-
 „gulari concedere, etiam ad usumfru-
 „ctum, vel usum, administrationem, aut
 „commendam; administratio autem
 „bonorum Monasteriorum, seu conven-
 „tuum ad solos Officiales eorundem, ad-
 „nutum Superiorum amovibiles, perti-
 „neat: mobilium vero usum ita Supe-
 „riores permittant, ut eorum suppellex
 „statui